

Nathan Chyträus


**MEMORIAE || ILLVSTRISS.æe PRINCIPIS || ET DOMINAE, DN.|| ANNAE
SOPHIAE,|| NATAE EX GENEROSISS.|| DVCVM BORVSSIAE PROSAPIA: DVCI
MEGA-||POLITANAE ... || PRINCIPIS IOANNIS || ALBERTI DVCIS MEGAP.||
CONIVGIS:|| ET || ... ducum Megapol. D. JOAN-||NIS, et D. SIGISMVNDI ||
AVGVSTI matri, vi-||duae, etc.|| EPICEDION || NATHANIS CHYTRAEI.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1591

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1741681162>

Druck Freier  Zugang





100
2806

~~A. Dd. 6~~

~~Heber V-5344~~

~~with 4 more #1~~


69-2065 1-30

<SON>

Prox long he de la ed va

- 4 -





MEMORIAE
 ILLUSTRISS^æ PRINCIPIS
 ET DOMINÆ, DN.
 ANNÆ SOPHIÆ,
 NATÆ EX GENEROSISS^æ.

DUCVM BORVSSIÆ PROSAPIA: DVCI MEGA-
 POLITANÆ, PRINCIPI VANDALORVM, CO-
 MITI SVNERINI, DOMINÆ ROSTOCHII
 ET STARGARDIÆ &c. ILLUSTRISS.
 P. M. PRINCIPIS IOANNIS
 ALBERTI DVVIS MEGAP.

CONIVGIS:
 ET


Illustriss^{imum} ducum Megapol. D. JOAN-
 NIS, & D. SIGISMVNDI
 AVGVSTI matri, vi-
 dua, &c.

EPICEDION
 NATHANIS CHYTRÆI.



ROSTOCHII
 Typis Myliandrinis.
 CIO. IO. XCI

Paullo Janssonius
Johannes ab O...
Gord. G.


ILL.^{mis}. ET OPT.^{mis}. PRINCIPIB.
ET DOMINIS,
DN. JOANNI, ET DN. SIGISMUNDO AVGVSTO,

FRB. GERMANIS, DVCIBVS MEGAPOLLITANIS, PRINCIPIBVS VANDALORVM, COMITIBVS SVERINÆIS, DOMINIS ROSTOCHII ET STARGARDIÆ, DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS.

IN COMMVNI HOC PATRIÆ LVCTV

LVGVBRIA HÆC

SVA, SVBMISSA
compellatione

Dicat consecratq;

NATHAN CHYTRÆVS.



MEMORIAE
ILLVSTRISS. PRINCIPIS
ET DOMINÆ, DN.
ANNÆ SOPHIÆ,
NATÆ EX GENEROSISS.
DVCVM BORVSSIÆ PROSAPIA: DUCI ME-
GAPOLITANÆ, &c.
E P I C E D I O N
NATHANIS CHYTRÆI.

H Lectri, frugumq; ferax, distinctaq;
siluis,
Insululis, stagnis, pratis, fluuijsq;
per amplis,
Piscosis, & nauiferis, in littore Baltes
Terra iacet, terra ampla loco, quam crebra pro-
Eoo pratensam mari, & defensa, fretiq; (pontis
Angusto coniuncta illi, sua munera pandit,
Munera dulcis aqua, facta velut agmine multa
Quo properant captu faciles mutaq; natantes,
Alueus hic cum sit generi gratissima sedes
Squamigero, & quasi colluuiis labrumq; perenne
Piscibus, ante, salum tremulis quam findere
pinnis, A 2 Fau-

Faucibus inuentis pelagi & salugine, possint.
Terra opulenta, et Sarmatia commune macellū:
Terra uiris armisq; potens, & plena venustis
Vrbibus, oppidulis, pagis, telluris ocelli
Qui sursum uersi ad speculum admirabile cœli
Lumina luminibus contraria, prona supinis
Obuertūt, atq; omnigenis mare mercibus implēt.
Quin Tyrus & Sidon Phœnicum in littore bini
Vt fulsere oculi; sic nostro hīc tempore fulgent,
Nobile Dantiscum, quod Vistula ditat aquosus
Leua parte sui, quā salsum excurrit in equor:
(Nam dextra in dulces sese ille propontidis undas
Ingerit, & pisces nasse velut implicat ample)
Quiq; adeo Bregelum è celsa Mons Regius aula,
Musarumq; domo adspectat. pia numina faxint
Vt duo destituant nunq; has tam fulgida gentes
Lumina, luce sua quæ terram atq; equora com-
Sarmatia hic olim populi crudiq; feriq; (plent.
Ignariq; Dei & legum vixere Bcrussi
Barbarie inculti. quorum submittere Christo
Sese nonnullos vicinus Teuto coëgit:
Nonnullos, nollent cum cedere, funditus ense
Sustulit, atq; suos huc commigrare colonos
Ingen-

Ingenti iussit numero. sic barbara pridem
Iam tellus magis exculta est domibusq³ virisq³,
Omnigenisq³ opibus, nunc ut certare quibus vis
Teutonia populis hoc tanto in littore possit.

Hanc etiam longo tenuerunt ordine fratres
Dicti Staurophori, à cruce Servatoris, amictu
Quisq³ suo insut am quam præ se ferre solebant.
(Namq³ superstitio iam tum fundamenta prima
Paulatim iacere, & nugæ præponere Christo
Regnorum mundi & Papa incipiebat amore)
Hi sub communi gesserunt arma Magistro,
Finitimam contra Scythiam, Russosq³ rebelles
Christiadiæ generi, quibus hunc opponere murum
Casaribus placuit, ducibusq³ potentibus, ante
Qui quadringentos hoc nostro à tempore retro
Dimmerando annos victæ in Ptolemaidæ acta
(Quando Saracenos contra variantibus armis
Bella gerebantur) primum legere Magistrum
Ordinis Henricum Vualpoti nomine clarum,
Qui Syria excedens, his in borealibus oris
Constituit sibimet, cum fratribus inde secutis,
Fortuna vitæq³ locum, sedemq³ benignam:
Bis centum totos cum posteritate per annos

A 3

Quam

Quam tenuere procul distentis undiq; metis.
Nec puduit magnosq; Duces, proceresq; potentes
Teutonia rerum domina, bellisq; tremenda,
Tumq; adeo invicta in numero censerier horum
Tunc Marianorum notorum nomine fratrum.
Sic Albertiades Fridericus Saxo, Magister
Ordinis huius erat, cum quingentesimus annus
Post mille elapsus, natali à tempore Christi
Curreret: inde alij. donec postremus in illo
Ordine, Dux primus gentis terraq; Boruffa
Est factus, patria pater inclytus ille Albertus
Marchiaca de stirpe satus. qui turbine Martis
Omnia deuastata diu, funestaq; visu
Legibus in melius, disciplinaq; decenti
Restituit, primusq; illuc, praeunte Sabino,
Induxit Musas, verae & pietatis honorem.
Quis non exiguo speciosa palatia sumptu
Condidit, ut Sophia hic sceptrum sublime teneret,
Et sua dona alijs facundo promeret ore.
Hic Fridericiades Albertus grande paterni
Nomen auu retulit, Teuto est qui dictus Achilles.
Hic iste Albertus princeps, rex ille Polona
Quem gentis Casimirus auus maternus amavit,
Rex

Rex nullo tum rege minor, seu bella gerenda,
Seu pacis tractanda essent concorditer artes.
Hic ille est Albertus, eo cui nomine primus
Danorum Rex Fridricus dare Doreotheam
Se genitam, uxorem voluit: sic undiq³ Regum
Albertus factus gener, affinisq³, neposq³
Annam etiã Sophiam genuit, qua iuncta marito
Iohanni Alberto doctrina laude celebri,
Musarumq³ pio, sinerent dum fata, patrono,
Terra huius Megales-poleos mitissima mater
Protectrixq³ fuit, casta probitatis imago,
Simplicitatis amans, similis sine felle columba
Innocua, prorsus nulli grauis, omnibus equa
Absq³ supercilio. tria quae septennia tanto
Nupta duci, maribus totidem illum casta beauit.
Quorum Albertus aui Bregelæa extinctus in arce est
Paruus adhuc, & mitis aui vel prima voluptas.
Alter Iohannes patria regione potitus,
Pacis amans princeps, iusti seruator & equi,
Et bonitate boni clarissima patris imago,
Dulce auia nomen matri viua addidit: alter
Ille Sigismundi Augusti dux nomine clarus,
Extincta quoq³ sepe (utinam Deus annuat) addet.
Cui

Cui sponsam eximiam nactō, carissima mater
Eripitur, myrtiq; eius pro fronde cupressus
In signum luctus capiti datur atq; doloris.
Vsq; adeo nulla est solida & sincera voluptas
Rebus in humanis: cum vel de fonte leporum
Bulliāt agri aliquid, quod in ipsis plausibus angat.
Sic ergo in viduo tria per quinquennia lecto
Turturis instar agens, & nunquam oblita mariti
Hic tandem defuncta iacet longē optima princeps,
Per quam stirpi Heneta non proles mascula desit,
Quam Deus aternos florentem seruet in annos,
Constet honor suis ut Musis, templisq; foroq;
Et patria, patriq; domus, seu nobilis ille,
Seu ciuis sit, seu cultor veracis agelli.
Concordes inter sese ut communia querant
Commoda, quis saluis etiam priuata vigere
Non sine flore queunt. verum intereuntibus illis,
Res etiam priuata iacet. tota obruta nauis
Fluctibus, haud potis est priuas exponere merces.
Nauis autem salua, merx et tua salua futura est.

D. O.



D. O. M. S.



ANNA SOPHIA, MAR-
CHIONIS ALBERTI, PRIMI DV-
CIS BORVSSIÆ EX DOROTHEA DA-
NICA, FILIA: FRIDERICI I. REGIS DANIÆ
ET NORVEGIÆ NEPTIS: CASIMIRI REGIS
POLONIÆ PRONEPTIS: ILLVSTRISS. IOAN-
NIS ALBERTI DVCIS MEGAPOL. VXOR: AL-
BERTI ANTE PARENTES IN BORVSSIA A-
PVD AVVM DEFVNCTI, NEC NON IOANNIS
ET SIGISM. AVGVSTI DVCVM MEGAP. MA-
TER: ADOLPHI FRIDERICI, ET IOAN. AL-
BERTI IOANNIS F. F. DVCVM MEGAP. AVIA.
QVÆ CVM ANNO CID IO LV. FEBRVARII
XXV. IOAN. ALBERTO DVCI MEGAP. NV-
PSISSET, EOQVE AN. CID IO LXXV. FEBR.
XII. EXTINCTO, ANNOS XV. VIDVA FVIS-
SET; TANDEM IPSA QVOQVE AN. CID IO
XCI. FEBRVARII VI. MARITVM SECVTA EST,
EIVSQVE EXVVIÆ A FILIIS MOESTISS. AD
PATRIS DESIDERATISS. LATVS, IN SPEM
GLORIOSISS. RESVRRECTIONIS DEPOSI-
TÆ SVNT. ANNO CID IO XCI. MARTII XVII.
SIC ORIMVR, MORIMVR, MORSQVE IPSA
AB ORIGINE PENDET.

ds

sc
As

DE IL-

DE ILLVSTRISS^a. ANNA SOPHIA
PRINCIPE MEGAP. AD CIVES MEGAPO-
LITANOS *περὶ Φώνησε.*

Q*ua studiosa fuit placida SOPHIA ANNA quietis,
Iam quoq; sub molli fessa quiescit humo.
Parce pijs lacrymis Megale-polis, atq; quietem,
Quam mater patria iam tibi linqvit, ama,
Et retine. sed nec fletu illi mœsta quietem,
Rumpe suam, nunquam qua irrequieta fuit.*

EIVSDEM
E P I T A P H I V M.

E*Xpers inuidia, fastus, timidiq; pauoris,
Casta pudicicia & religionis amans,
Annorum, vitæq; satur, nec egena bonorum,
Regibus exortam qua decuere nurum,
Filia, sponsa, uxor, genitrix, auia & soror illa
Magnorum generis nobilitate ducum (tre
Hic Sophia Anna cubat, proles qua mascula ma-
Atq; auia, haud deerit gens Obotrita tibi,
Si Deus haud renuat, quo ceu nil triste benigno;
Sic nihil irato stare vel esse potest.*


I N


IN MENSEM FEBRVARIVM,
MEGAPOLITANIS TOTIES
Luctuosum.


Quid tibi vis toto vilissime mensis in anno,
Qui putre à februis Februe nomen habes?
Quid tibi vis? quid commeruit Megale-polis ab
Cui toties patriæ tollis acerbe patres? (ma,
Namq; Idus octaua tuas quæ præuenit, olim
Sustulit Henricum lux lacrymosa ducem:
Henricum patrem patriæ, canisq; verendum,
Cui dat pacifici nomina pacis amor. (nam
Nunc matrè patriæ Sophiam quoq; surripit An-
Lux eadem, ô spolijs mensis inique tuis,
Inuide vel potius! nam tu noua gaudia lecti
Cui dederas olim, iam noua busta paras.
Quid Jani Alberti tibi mortem Februe narrem?
Quis funesta Idus sunt odiose tue:
Cum Sigismundo Augusto duce, mæstus Janus
Dux, patris hoc etiam funera mense gemunt.
Desine iam tandem, seuissime desine mensis,
Jam satis ab, harpax quo celebreris, habes.

NATHAN CHITRÆVS.

— 86 —









9

2065 1-30

= =

Suffragiorum non sine calculo,
Dius & ipsis propitius. age
Mittamus & te prosequamur
Ominibus placidis euntem.
Famne expeditus nauita Cimbricam
Balthen & vda tendit ad Hafnia
Litus? secundis auspicio
Vtere, dum vocat aura, velis.
Pro te paternâ qui sedet in domo
Quicumq; fratrum, tergemina alleuant
Pro te parentes vota. quantâ
Excipiere redux coronâ
Congratulantum? detineat caue,
Te Cimber illex, & licet imperans
Regnis duobus, CHRISTIANV
Nec soror unica CHRISTIA

